

P E T R I
RAVE NNA-
TIS, ITALI, I. V. DOCTO-
RIS CLARISSIMI ET EQVITIS
AVRATI IN CONSVENTUDINES FEVDORUM
rum compendium vtilissimum, Diuo
Maximiliano I. Christianissimo
Cæsari Aug. dedicatum,

*Nunc demum summo studio & diligentia ab innumeris men-
dis, quibus vetus exemplar abundabat,
vindicatum:*

Adiecto ad finem eiusdem auctoris opusculo, quo
allegationes & conclusiones in materia con-
suetudinum complexus est.



COLONIAE
*Apud Iohannem Birckmannum & Theo-
dorum Baumum*

Anno M. D. LXVII.
Cum gratia & privilegio Cæs. Maiest. ad decennium.

Bibliotheca.

Coll Soc J. L. S. Salvi. ex dono Regum

AD LECTOREM.

Si, qui te castris legum studijsque dedisti,
Ardua feudorum discere iura cupis,
In tibi mendorum prodit sine labe Ravennas,
Qui primum vii ijs pene sepultus erat:
Ist que sat is mirum, tam longo tempore nullos
Illi Paonias applicuisse manus,
Cum quo vix alius vel mentis acumine certet,
Tam varia rerum fertilitate viget.
ingula, cum lumen feudalia verba requirunt,
Discutit ingenij dexteritate sui.
Et cum Doctorum pugnantia iura recenset,
Iudicio litem conciliare solet.
Iunc igitur, Lector, iam lima vindice rasum,
Tam plenum irris cognitione teras.

PRAE LV DIA
QVAE DAM IN CON-
S VET VDINES SEV
VS VS FEVDORVM.

Dubitatur primò, an liber feudo-
rum sit auctorizabilis, ita, quòd
in causis & iudicijs, & in scho-
lis possimus allegare ea, quæ continentur
in ipso, sicut ea quæ continentur in cæte-
ris libris legalibus? Et circa hoc Docto-
res effundunt multa verba. Tu breuiter
concludas quòd sic, quia ita est communis
opinio in omnibus studijs Ultramontanis
& Citramontanis, & omnes Doctores ita
tenent, quia nos videmus multas leges
Imperatorum in hoc volumine insertas,
& etiam aliæ decisiones sunt seruandæ:
quia semper ita est obseruatum, et à tan-
to tempore citià cuius initij non extat
memoria in contrarium. Fuit etiam leitus

PETRI
RAVENNA-
TIS, ITALI, I.V. DOCTO-
RIS ET EQVITIS AVRATI,
*in Consuetudines Feudorum com-
pendium utilissimum.*

QVI FEVDVM DARE POSSVNT,
& qui non: & qualiter adquiratur & retineatur.

TITVLVS I.

Quia de feudis tractaturi sumus.

A llegatur textus iste, quod Clerici possunt infeudare, si in sua Ecclesia sit consuetudo infeudare, & tunc bona solita solum infeudari infeudabunt: non autem alia, ut ibi, &c. j. Episcopum vel Abba. Et nota quod licet olim solum seculares dignitatem habentes infeudarent, ut in dicto c. j. tamen hodie etiam rustici possunt infeudare, dummodo habeant legitimam administracionem suorum honorum c. j. de natura feud. & hic notant Dd. Et nota quod licet Abbatisa non possit administrare spiritualia. c. noua. de pen. & remis. tamen temporalia sic, ut in d. c. j. Et dum dicit de clericis, quod possint infeudare bona solita infeudari, hoc verum, nisi alia bona essent incorporata in eis & ipsius ecclesiae: quia

P E T R I
 R A V E N N A =
 T I S, I T A L I, I. V. D O C T O -
 R I S E T E Q V I T I S A V R A T I,
allegationes & conclusiones in ma-
teria feudorum.

Si quæritur, quid est consuetudo? Et dicas, quòd est ius non scriptum moribus & usi-
 bus populi, vel à maiori parte ipsius ratio-
 ne initiatum, & continuatum, & intro-
 ductum, habens vim legis. Ista est definitio Bar. in l. de
 quibus. ss. de legibus. quae probatur ibi. & in. §. ex non
 scripto. Insti. de iure natura. in l. quod maior. ss. ad mu-
 nicipia. in l. quod non ratione. ss. de legi.

Sed nunquid consuetudo sit ius? Et respondetur quòd
 sic, nec obstat quòd iura non probantur. I. ab ea parte ss.
 de proba. & ideo nō admittuntur positiones iuris. l. ij. §.
 quod obseruari cum ibi notatis. C. de iuramen. calum.
 Sed consuetudo probatur l. ij. C. quæ sit lon. consue. quia
 iura communia non probantur, quia sunt scripta, & ab
 omnibus sciri debent. l. leges. C. de legibus. Sed consue-
 tudo consistit in facto, quod sàpè prudentissimos sellit,
 & ideo probari debet. Et dicit Bald. in l. fina. in ij. col.
 C. ynde cognat. quòd consuetudo populi est ius ciuile: sed



C O L O N I A E

*Apud Iohannem Birckmannum & Theo-
dorum Baumium*

Anno M. D. LXVII.

*Cum gratia & privilegio Cæs. Maiest.
ad decennium.*

